UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Signum

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

Lacedæmonii Helos oppido Meſſeniæ capto, ciues omnes in ſeruitutem rapuere. Hinc quoſuis iure belli captos Helotas ſiue Ilotas dixere. *Pauſanias.*

Lacedæmoniorum ancillæ Chalcides: Argiuorum Gymnetæ: Sicyoniorum Corynephori: id eſt, Clauigeri, à claue, ſiue Catanocophori: Arcadum Proſpelatæ. *Alex. li. 3. c. 20.*

Apud Romanos animaduerſum, ciuibus bellis captos, velut hoſtes in prædam verti, & venum ire non licuiſſe: ſemperq; leuius ſeruitium apud Romanos deditis, quam capitis fuiſſe: Græcoſq; perraro ſeruitutem ſeruiſſe: quare illorum nullus mercatoribus dabatur locus. *Alex. lib. 2. cap. 20.*

C. Marius, qui vitas Imperatorum ſcripſit, ait, eos omnes probos fuiſſe principes, qui quanquam ipſi mali, probos apud ſe libertos ac ſeruos adminiſtratores haberent: contra vero, bonos natura principes nequaquam bene regere, vbi malis rem committerent. *Volater lib. 30. Philologiæ, de dominis & ſeruis.*

M. Antonium oratorem accuſatum ſtupri, ſeruus captus minime prodidit, ex quo Plautus ait, Superbum eſſe decet fidelem ſeruum apud dominum ſuum.

Populus Rom. in clade Cannenſi captos redimere nullo modo voluit: Cumque in ſummam penuriam eſſet redactus, ergaſtula ſoluit, ſeruorum vndecim millium auxilium quæſiuit, ciuium contempſit: & exiſtimauit eos potius tueri libertatem, qui nunquam habuiſſent.

Volſinienſes, cum ſeruos temere omnes manumitterent, ab eis poſtea oppreſſi ſunt, multaq; indigna paſſi: quibus auxilia petentibus, miſſus Decius Mus Libertinos omnes partim necauit, partim dominis in ſeruitutem priſtinam reſtituit.

Seruile bellum in Sicilia terrorem Romanis attulerat, niſi celeriter per Perpennam, & rurſus renouatum per M. Aquilium confectū fuiſſet.

Cum *Cleopatra* intellexiſſet Antonium ſuſpicari ipſius culpa cladem fuiſſe acceptam, eius iram verita in ſepulchra ſe recepit, miſitq; qui Antonio nuntiarent, eam eſſe mortuam. Antonius Cleopatræ morte commotus, quæ leuiter de ſuſpicione nuntio crediderat, *Heronem ſeruum* vocauit, iuſſitq;, vt eum occideret. At Hero, domini vitæ quam ſuæ ſtudioſior, arrepto gladio, dum fingit Antonium percutere, in ſeipſum gladium conuertit.

Cum miſſi fuiſſent a Domitiano milites, qui L. Piſonem interimerent, tunc Africæ Proconſulem, & Carthaginem ingreſſi, ad Piſonis ædes veniſſent, vbi Piſo eſſet, petierunt: *Piſonis ſeruus*, re perſpecta, ſe Piſonem mentitus eſt.

Gozagianus Perſa, cum in India immenſas opes comparaſſet, in ui dia apud Iudicem accuſatus falſo crimine, occidi iuſſus eſt. Duo eius ſerui eo occiſo à Rege vocati, vt domini pecuniam indicarent, ſtatim vt iacentem herum mortuum viderunt, ſpreta vita animo vnanimes cultellis, quos ſecum habebant, Regem occiderunt.

¶ HIEROGLYPHICA.

Raſitatio capitis apud Græcos pariter & Latinos *ſeruitutis* indicium fuit. *Pier. Val. lib. 32 pag 300. D.*

Quod etiam *annulus* ſit *ſeruitutis* hieroglyphicum, tam maritale ſignum atteſtatur, quod addictam eſſe viro ſponſam indicat: quam Pythagoræ ſymbolum exponit, dum nos arctum annulum geſtare vetat: quod ex D. Hieronymi interpretatione, non eſſe anxie viuendum admonet: quippe cauendum, ne os in eam ſeruitutem coniiciamus, quæ dura ſit & incommoda. *Pier. Valer. libro 36. pag. 336. B.*

¶ FABVLA.

Columba & Cornix.

Columba, quæ in columbari nutriebatur, iactitabat fœcunditatem ſuam: audiens hoc cornix, at tu, inquit, nequicquam ea re ſuperbis, de qua tibi plurimum doloris & luctus colligitur. Quantum enim tibi pullorum, tantum triſtitiæ paritur.

Fabula docet, in ſeruitute miſeriam augeri fœcunditate.

Vide, Dominus, Libertas.

Seueritas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

SEueritas, Græc. σεμνότης, ἀποτομία, ἀνένδοτεία, ας, ἡ, & ἀνένδοτος, ου, ὁ, ἡ, ſeuerus dicitur. Hebr. *Perech*, auſteritas, ferocitas implacabilis. *Exod. 1. 13. 14.*

Hinc φρικόω, horrifico, φρίξ. φρίκη, horror, & Lat. ferox, ferocia. Dicitur etiam *Keſchi*, à verbo *Kaſchah*, durus fuit, difficilis fuit. Eſt autem ſeueritas virtus inflexibilis circa inflictionem pœnarum, quando recta ratio requirit hoc. *Sec. B. Tho. ſecund ſecund. q. 157. artic. 2.*

Seuerus aliquando ſignificat grauem & cenſorium, & dicitur quaſi ſemper verus, nec vlla gratia, aut illecebris m[...] *Amnemque ſeuerum Eumenidum aſpicies.* Nonnunq[...] ſolicitum. A ſeuerus fit ſeueritas, h. e. grauitas, conſta[...] cando, & imputando, auſteritas, rigiditas, aſperitas, triſt[...] etiam aſſeuero verbum, quod eſt cum vi quadam ac[...] quaſi cum ſeueritate aliquid affirmo, à quo aſſeuerat[...] Item perſeuero, quod eſt cum quadam conſtantia, & q[...] cia duro. Hinc perſeuerantia, hoc eſt, conſtantia & [...] quibus ſupra.

¶ BIBLICI LOCI.

Seueritas interdum neceſſaria, 2. *Cor.* 7. 8. & 13. 2. *Tit.* [...] 22. Seueritas Dei in Iudæos, *Rom.* 11. 22.

¶ PHILOSOPHICÆ SENTENT[...]

Seueritas in ciuitate nonnunquam ſalutaris eſt, ſe[...] per peſtifera. *Franc. Patr. de Repub l. 6. c. 5.*

Seueritas Regem decet, maieſtatem præſtat, & digni[...] *Idem de regno lib. 8. c. 6.*

Seueri in puniendo, in gratiis poſtea concedendis, [...] conferendis liberales plerunq; exiſtere ſolent. *Leo He[...] dial. 2.*

¶ APOPHTHEGMATA.

Cato ſenior millia quinq; famulos habebat, quor[...] captiua corpora emit. Quod vbi ſenſit reſciſſe Caton[...] in eius conſpectum veniret, ſeipſum laqueo præfoca[...] ſtum oderat in milite, adeo veniam deſperabat, qui p[...]

C. Sulpitius Gallus vxorem repudiauit, quod aperi[...] ſet foris: Lex, inquiens, tibi meos vnius præfinit ocu[...] mam tuam approbes: his ornamenta comparato, his c[...] liis velle videri formoſam, in ſuſpicione & in crimine [...] ſe eſt. *Eraſ. l. 6. apoph.*

Peſcennius Niger, Palæſtinis rogantibus, vt ipſo[...] uaretur eo quod regio eſſet grauata, ſatis inclemen[...] Vos terras veſtras leuare vultis, ego etiam aerem [...] cuperem. *Æl. Spart.*

Alphonſus admonitus ab amicis, ne nimium len[...] ſet, & ob id contemptum apud ſuos incideret: Magis [...] dum mihi eſt, ne nimia mihi ſeueritas conciliet inuidi[...] *apoph.*

Paulus Æmilius, cum Perſeus captiuus deprecaret[...] pho duceretur: Iſthuc, inquit, in te ſitum erat. Signific[...] ſe in bello perire. *Plut. in vita Æmil.*

¶ SIMILITVDINES.

Chryſoſtomi, Quemadmodum qui perpetuo m[...] do, remiſſum hominem facit: Ita ſemper aſperi[...] magis exacerbat hominem. Eoq; bonum eſt vbiq; modera[...] 4. *c. ad Galat.*

Verum hunc in modum non loquitur, ſed aliter [...] ſis, nec vult ferire, nec vulnera vulneribus addere, qu[...] eruditi medici eos, qui in longum incidunt morbum, [...] ac ſemel, ſed ex interuallo curant, ne deſpōdentes an[...] Sic & hic beatus. Nam & hi parturientis dolores hoc [...] quo maior erat affectus charitatis.

Roterodami, Vt echinus in ſpinis ingreditur, quo[...] circumferat: Ita quibuſdam in omni negotio acerb[...] rea quod animo ſecum adferant aſperitatem etiam [...] habeat incommodi. *in ſimil.*

Vt Euripus in Eubœa ſepties in die defluit, ac ro[...] ra celeritate: at idem tribus diebus vno quoq; menſe [...] ſeptima, octaua nonaq; luna: Ita quidam inæquales [...] præcipites ſunt, aut nimium lenti, n vtramque partem [...] hementes, *ibid.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Seueritatis Dei *Exempla*: Erga Euam, *Gen.* 3. 16. [...] Amalechitas, *Exod.* 17. ℣. 8. 9. Iſraelitas, vitulum aure[...] 32. ℣. 26. &c. blaſphemum. *Leu.* 24. 10 &c. populum [...] *Num.* 11. ℣. 32. 33. Mariam, 12. ℣. 10. Iſraelitas, 14. 28. 29. 3[...] ligentem lingua ſabbatho, 15. 32. &c. Moyſen & Aaron[...] Tribum Beniamin, quæ iubente Domino tota: excep[...] ris, eſt deleta, *Iud.* 20. 47. Saulem. 1. *Sam.* 13. *v.* 13. &c. F[...] *Sam.* 21. 19. Oziam, 2. *Paralip.* 26. 19. Ezechiam, 2 *Reg.* [...] raiam, Sophoniam, & tres Ianitores, 25. ℣. 18. 19. Ieroſo[...] *ſa.* 3. 16. Babylonem, *Ier.* 51. 1. &c. Heliodorum, 2. *Mach.* [...] Antiochum, 9. ℣. 8. 9. ſeruum nequam, *Matth.* 18 34. ſe[...] 25 30. Ananiam, *Act.* 5. ℣. 5. 6. Sapphiram, *v.* 19. Herod[...]

Signum.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG

SIgnum, Græce σημεῖον, ου, τὸ, & σημαίνω, ſignifico [...] quantum eſt in ſe, importat aliquid manifeſtum, q[...] ſi manu ducimur in cognitionem alicuius occulti. [...] *Thom. 4. ſent. diſt. 1. q. 1. art. 1.*

Signum proprie eſt quædam parua nota, indica[...]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

…itatem. Ter. *Vide num eius color pudoris ſignum & ſquam in-* …et etiam ſignum opus ſculptile, & ad alicuius animalis effi- …rmatum, vnde & ſigna & tabulas pro cælatis operibus atq; …picimus. Hinc duodecim ſigna cœleſtia, quæ in Zodiaco …a notæ quorundam animalium ſunt, quæ in his verſibus …ntur:

Sunt aries, taurus, gemini, cancer, leo, virgo,
Libraque, ſcorpius, arcitenens, caper, amphora, piſcis.

¶ Loci Biblici.

…a varia à Deo hominibus data: Noacho arcus cœleſtis in nu- … *Gen.9.v.12.13.* Abrahæ clibanus fumans, & lampas ignis, 15. …ham & toti poſteritati, Circumciſio, 17.*v.*9.10. Moyſi virga, …4.*v.*2.3.*&c.* Aaroni virga germinans, *Num.*17.8. Iſraelitis ſer- …neus, 21.*v.*6.7. *&c.* Gedeoni, *Iudic.* 6. *v.* 17.18 eidem vellus, …Ezechiæ commoda rerum copia ſine cultura, 2.*Reg.*19.19. ei- …rologium, 20.9.*Eſa.*38.7. Achaz Regi promiſſio Meſſiæ 7. …14. Domui Iſraël later & ſartago ferrea, *Ezech.*4. *v.*1.2.3. …mentibus Tau in frontibus, 6.*v.*6.7. Scribis, Phariſæis, & …credulis & obcœcatis ſignum Ionæ Phrophetæ, *Matth.*12.39 … *Marc.*8.11 *Luc.*11.29. Signum Ionæ Prophetæ, pro, ſimile ſi- …onæ Prophetæ. Sic peccata Manaſſis, 2. *Reg* 24.3. munus vel …a Moſis, 2.*Paral.*24.6. iniquitas Patrum, *Exod*,34.7. contra- …Core, & error Balaam, Iudæ, *v.*11. aliaque plurima τροπικῶς, …eadem eſſent, eodem modo appellantur. Signa è cœlo, *Matt.* …ocantur, qualia edidit Ioſue, Solem ſiſtens. *Ioſue.*10.13. Samuel …ra eliciens, 1.*Sam.*12.17. Eſaias vmbram regredi iubens in ſo- … *Reg.*20.11. vel potius Moyſes, quum Mannam Deus cœlitus …t, quod eſſe veriſimilius videtur, *ex Ioan.*6.30.31.32.33. colligi … Signum pro inſigni aliquo Domini facto, ſiue quo conſole- …e etiam quo puniat, vt *Deu.*28.37. 1. *Cor.* 14.22. ſignum Cir- …onis, pro ipſa Circumciſione, *Rom.*4.11. ſignum Filii homi- … *Matth.*24.30. ſigna Diuinorum quam vana, *Eſa.* 44.25. ſigna …ns, *Eſth.*4.*v.*1.3. ſigna appellationem à rebus, quas ſignifi- …mutuantur, *Gen.*17.13. *Exod.*12.11. *Ezech.*5.*v.*1.5. *Matth.* 26. *v.* … 1.*Cor.*5.7 *&* 10.4. *&* 11. *v.*42.25. ſigna fidem in Chri- …ſubſequentia, *Marc.* 16. *v.* 17.18. ſigna multo plura à Chriſto …quam literarum monumentis commendata, *Ioan.*10.30. ſigna …ad quid proſint, *Ierem.* 51.63. *Ezech.*4.1. *Matth* 10.14. *Luc.* … ſignorum eiuſmodi vſus, *Marc.*9.*v.*36.37. *Act.*4.31. *&* 13.51. *&* … 18.6. *&* 21.11. ſigna aduentus Chriſti diem præceſſura. *Mat.* … *Marc.*13.*v.*4.5.6. *Luc.*21.*v.*8.9. ſigna futurorum, *Gen.* 9.12. … *Ioſ.*2.18. 1.*Sam.*2.34. *&* 10.2. 2.*Sam.*5.24. 2.*Reg.*19.29. *Tob.*5. … *Luc.*2.12. ſigna in memoriam præteritorum, *Exod.* 12. *v.* … 38. *&* 16.*v.*38.40. *&* 17.10, *Ioſ.*4.*v.*6.*&c.* ſigna & miracu- …m, vt per illa omnipotentia, veritas, iuſtitia, & bonitas Dei in- … *Exod.*4.*v.*2.6. *&* 7.17. *&* 16.12. *Ioſu.*3.*v.*10,14. 1.*Reg.*13.4. *&* 17 … 38. *&* 20.*v.*13.28 2.*Reg.*5.14. *&* 20.9. *Matth.*8.26. *&* 9.2. *&* …ſigno certificatur Ionatha, 1.*Sam.*14.*v.*14. confirmatur Saul, … 1.

¶ Sententiae Philosophicae.

…ignis congrue vtimur in hac vita ad diuina: & ex his ad ſimpli- … & vnitam intelligibilium ſpectaculorum varietatem modo …tam proportionis aſſurgimus, & poſt noſtram omnem intelli- …tam diuinorum ſiſtentes intellectuales actiones noſtras ad ſub- …ntem eſſentiam radium, quantum fas eſt, contendimus. *Dion.* … *c.de diuin.nom.*

…ignis & figuris melioribus apud Platonem meliora recte ſigni- …tur. *Ficin.in Plat.de Repub.dial.*8.*c.*16.

…igna ſex à Cancro exordientia, quia recte procedunt, horas du- …paulo plus occupant aſcendendo: ſex reliqua, quæ à Capricor- …incipiunt, quoniam exoriuntur oblique, citra duas horas aſcen- … *idem in Plot.En.2.lib.3.c.7.*

…igna cœleſtia in corpus numina, quæ illis præſunt, in animam …tias ad ſingulas artes infundunt. *Ficin.in Platon.conuiuium.* … *cap.*5.

…ignorum mutatio, vt quæ in firmamento ſunt, non ſubſint iis, …ſunt in nona Sphæra, maximam rerum mutationem affert: …efficiunt mutationes per acceſſum imaginum ad meridiem, & …receſſum multis ſeculis reſtitutum: nec prius priſtinam recupe- …felicitatem, quam ad priſtinum reuertantur. *idem in Plot.* … *l.*3.*c.*16.

…igna cœleſtia quadrata, vel oppoſita contrarias habent qualita- …quadrata vtraſque, vel agentes ſaltem, oppoſita altera tantum …itate ſaltem. *Io.Pic.Mirand.in Aſtrol.l.3.c.16.*

…igna ita iuncta ſunt & diuiſa, vt non quærant nuturæ proprie- …ſed numeros ad ſupputandum opportuniores. *Id.ib.l.9.c.4.*

…igna, & fines alii apud alios fuere, & nihil decretum, Abraham …de natiuitatibus duplex fieri thema præcipiebat, alterum ad …bilia ſigna, alterum ad immobilia: qua thematis varietate tota …ctionum ratio variatur. *ibid.*

…ignorum, quæ ſunt in partibus, fortiora ſunt ea, quæ accipiun- …motibus manifeſtis, & ſecundum motus & figuram. *Ariſtot.* … *c.*5.

…ignorum vnum ita ſe habet, vt ſingulare ad vniuerſale: alterum …niuerſale aliquod ad particulare: & horum quod neceſſarium eſt, tecmirium appellatur, quod non neceſſarium, caret nomine. *Rhetor.* 1.

Signum eſt alterius aliud: non quoduis cuiuſuis, ne quis omnis omne, ſed quod aut ante fuerit, aut in ipſo negotio, aut poſt fieri conſueuit. *Ariſt.Rhet.ad Alex.c.12.*

Signa alia efficiunt opinionem alia ſcientiam, *ibid.*

Signorum nobis copia erit, ex ſingulis, quæ dicuntur, quæ geruntur, & videntur, & ex teſtimoniis, teſtificatis, ex noſtris, ex aduerſariorum fautoribus, ex ipſis illis, ex prouocationibus, ex temporibus, & ex aliis multis. *ibid.*

Signa à probabili, ab argumento, coniectura, & ſententia differunt, quia reliqua opinionem faciunt; ſignorum autem quædam, vt etiam perſpicue hi cognoſcant, efficiunt: & ſigna plurima ſuppeditare ſolent, quod reliqua facere non poſſunt. ſigna opinionem faciunt aliquam, argumenta omnem veritatem docent. *Ariſt.Rhe. ad Alex.c.14.*

Signum ſemper rem conſequitur: accidens poteſt etiam extrinſecus aduenire. *Alex.& Euſt.in 2.Poſt.*

Signum in coniecturam & æquiuocum ſignum diuiditur: & eſt vel rei exiſtentis vel cum re ſignum, vel poſterius. *Ioan. Gram. in 2. Prior. cap.27.*

Signum dicitur proprie, & metaphorice. Proprie eſt idem quod imago. Metaphorice dicitur ad imaginis ſimilitudinem. *Albert. Magn. in Prior.*

Signum colligimus ex naturalibus paſſionibus loco mediorum enthymematibus poſitis. *ibid.*

Signum oſtenditur per paſſionem, & per viam ſenſus. *ibid.*

Silentium.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOL.

Silentium, Hebr. *Demamah*, Domitura, & *Dumam*, ſepulchrum, locus ſilentii, vbi corpora mortuorum perdomita ſilent: à verbo *Damam*, domitus eſt, redactus eſt in alienam poteſtatem, non reſponſauit. 2. *Chereſch*, à verbo *Charaſch* quod in 3. coniugatione eſt *Cheriſch*, tacitus ſecum cogitauit, ſiluit. Dicitur ſurdus *Chereſch* quod auditus eius ſileat, 3. *Scheket*, quies tuta dicitur ſilentium, à verbo *Schakat*, Quieuit ſub ſcuto alicuius, ſecure & quiete vixit, tutus & tranquillus fuit. Silentium certe eſt plærunq; modeſtis ingeniis ſcutum aduerſus mundi tumultus tutiſſimum.

¶ Biblici Loci.

Silentium pro ſedata expectatione, &, vt ita dicam, pro conquieſcentia, *Eſa.*30.15. ſic accipiunt nonnulli & *Pſalm.* 56.2. Silentium ſuo tempore ſeruandum, *Prou.*25.29. *Iac.*1.19. ſilere vtile eſt, *Prou.* 17.26. *Eccl.*3.20.6 *&* 32.12.

¶ Patrum Sententiæ.

Silendi patientia, oportunitas loquendi, & contemptus diuitiarum, ſunt maxima fundamenta virtutum. *Amb l.1.de Officiis.*

Ille ſcit recte dicere, qui & ordinate nouit tacere. *Gregorius in Moral.*

¶ Poeticæ Sententiæ.

Comici Græci.

Οὐδὲν σιωπῆς ἐστὶ χρησιμώτερον.
Vtilior haud eſt vlla res ſilentio.
Σιγή ποτ' ἐστὶν αἱρετωτέρα λόγου.
Ἐνίοις τὸ σιγᾶν ἐστὶ κρεῖττον τοῦ λόγου.
Aliquando verbis melius eſt ſilentium.
Κρεῖττον σιωπᾶν, ἢ λαλεῖν ἃ μὴ πρέπει.
Καὶ δεῖ σιωπᾶν καὶ λαλεῖν, ὅπου χρεών.
Satius tacere, quam loqui quæ non decet.
Et in loco tacere, & in loco loqui.
Ἢ λέγε τι σιγῆς κρεῖττον, ἢ σιγὴν ἔχε.
Sile, meliora vel loquere ſilentio.
Πολλοῖς ἀπόκρισις ἡ σιωπὴ τυγχάνει.
Plerisq; reſponſi vice eſt ſilentium.
Εὐκαταφρόνητόν ἐστι σιγηρὸς τρόπος.
Taciturnitas eſt plurimis contemptui.
Ἡ γλῶσσα πολλῶν ἐστὶν αἰτία κακῶν.
Pleriſque lingua dat malis originem.
Ἡ γλῶσσα πολλοὺς εἰς ὄλεθρον ἤγαγεν.
Pleroſq; lingua funditus peſſundedit.

¶ Sententiae Philosophicae.

Nihil æque proderit, quam quieſcere, & minimum cum aliis loqui, & plurimum ſecum. *Senec.16.epiſt*

In hoc incumbe, vt libentius audias, quam loquaris: quod tacitum velis, nemini dixeris. Auribus libentius quam lingua vtere. Quicquid dicturus es, ante quam aliis, tibi dixeris. *Sen de morib.*

Taciturnitas ſtulto homini pro ſapientia eſt: tacere qui neſcit, neſcit loqui. *Idem in Prou.*

Res omnium difficillima, tacere & audire. *Gell.l.1.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN